

1171

CODICES

1172

prius tamen *Incipiunt quedam questiones magistri albini de Sancta trinitate*, illae nempe ad *Fredegisum*, quae in edit. *Opp. Alcuini* feu *Albini*, Ratisb. 1777. extant T. I. P. 3. p. 739. f. cum *Praef.* quae in nostro Codice non habetur. Initium earum est: *Quomodo deus vere sit vnitas et vere trinitas?* R. *Vnitas in substantia, tri-*

nitas in personis. Et finis: *Caro uero dimisit, dum in cruce spiritum emisit.* Textus Editis probe respondet. Jam hinc magno nitore sequitur praedictus *Liber IV.* inscriptus *Sacramentorum*, *vnitas Samaritanus enim uulnerato appropians curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit &c.* Ad calcem non est oblitus sui *Librarius:*

*Est studio cuius pars scripta uoluminis huius,
Huic laus accrescat, post hanc uitam requiescat.*

Addidit uero et Hymnum huiusmodi, unde in Dioecesi *Passauensi* scripsisse credas:

*Gloriosa fulget dies, exultet ecclesia.
Angelis, hominibus pax et leticia
Immortali translatus emicat memoria
Valentinus pontifex spes nostra salus et gloria.
Gaudet celum inclita praesulis examina, (ex anima?)
Terra meritis, corpore triumphat felix Patauia. &c.*

CCCCLXXXV.

U. 425 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 340. f. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus, et Collegio Ducali quondam addictus testamento *Thomae de Haselbach*, praemissis ab alia currente manu *Quaestionum Titulis* et *Quaestione* pertractata: *Utrum cognitione naturali possit inuestigari, quod aliqua cognitio supernaturalis necessaria est anime nostrae intellectiue pro statu isto, ad quem ex puris naturalibus non potest attingere?* inscribitur minio: *Incipit primus liber uenerabilis magistri sacre theologie fra-*

tris Iohannis scoti De ordine minorum fratrum super primum sententiarum. Et continuo: *Quem ego Petrus de Pulka emi a uenerabili domino Magistro Nicolao de hebersdorf doctore Medicine.* Noti in Historia nostra Academica Viri, quorum postremus jam a. 1403. Facult. Med. Decanus, a. 1414. Rector Univerfit. a. 1421. aedes suas fitas in platea dicta *Weibenburg* Collegio Medico donauit. De vita et Scriptis *Iohannis Duns* ex O. M. acutissimi ingenii Viri, qui *ἀντονομασικὸς* *Doctōr Subtilis* dictus, postquam *Oxonium* et *Paristos* illustrasset, *Coloniae* a. 1308. diem clausit,

Fon-

Fontes collectos habes in *Hambergeri Zuverl. Nachricht. v. d. vornehmst. Schriftstell. T. IV. p. 485.* Patria *Scotum* fuisse, uti semper dictus est, nemo facile mihi eximet. Jam quae prae oculis habemus, *Commentaria, Oxoniensia*, sive *Opus Anglicanum* vocantur, et incipiunt: *Cupientes aliquid &c. Circa prologum primi libri queruntur V. Primum est de necessitate huius doctrine &c. Extrema sunt: qui est alpha et o. principium et finis cui sit honor et gloria in secula seculorum amen.* Atque ita post repetitas a *Sec. XV.* Editiones extant in *Lugdunensi* curata a *Luca Waddingo* 1639. T. V. P. 1. et 2. f. Accedit nobis Tabula alphabetica, cuius continuatio quaerenda est fol. 247.

II. fol. 103. *Reportatio*, ut e calce adsumo, *parisiensis super primo libro sententiarum sub venerabili doctore et magistro sacre theologie fratre Johanne scoto. De ordine fratrum minorum.* Anno 1304. *Oxonio* missus *Parisios* Noster *Commentaria* sua retractavit, contraxitque omissis multis *Philosophicis*, inde *Scriptum* hoc seu *Lectura Parisiensis*, ut pluribus *Waddingus* in *Censura* illi praemissa edit. cit. T. XI. P. 1. Meminit ille pariter ibi *Reportatorum spuriorum*, sed nostra praesentia genuina sunt, et cum ejus textu conspirant, ita enim ineunt: *Queritur utrum deus sub propria ratione id est deitatis possit esse subiectum alicuius scientie &c.* In fine post verba fit *recta*, in quibus

Edita sistunt, *Codex* ita procurrit: *et meretur peruenire ex huiusmodi conformitate ad gaudium ineffabile, quod oculus non vidit &c. quod nobis ipse prestare dignetur qui est benedictus in secula seculorum. amen. Explicit reportatio parisiensis super primo libro sententiarum sub venerabili doctore et magistro sacre theologie fratre Johanne scoto. De ordine fratrum Minorum.*

III. fol. 176. *Secundus*, ut e calce adsumo, *ordinarij super secundum sententiarum.* Vides *Commentarium Oxoniensem* etiam *Ordinarium* dictum fuisse. Ejus initium: *Circa 2^m librum in quo ut dictum est in lectione tractat magister de deo quoad causalitatem &c. et finis: ita est a deo quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia.* Accedunt *Elenchus Quaestionum*, quaedam per decursum omissa, et *Continuatio Tabulae* fol. 101. coeptae.

IV. fol. 248. ἀνεπίγραφος: *Circa tertium primo queratur. utrum natura humana unita verbo sit ypo-statice sub propria ratione verbi &c.* Ne *Scoti* continuationem putet. *Discipulum* habes pro *Magistro.* Notatur enim in calce: *Explicit Lectura magistri Hugonis doctoris sacre theologie de ordine minorum fratrum. Est is Hugo de Novo Castro (Newcastle) autor Victoriae Christi contra Antichristum*, cuius Operis editione s. l. 1471. visa, lectoque ad calcem: *per Hugonem — doctorem parisi-num, Mansius* in reimpressa *Bibliotheca Fabric.* male intulit: non ergo

1175

CODICES

1176

ergo *Anglus*. Floruit in confinio Sec. XIII. et XIV. gnauus *Scoti* ἡπερασπιστης, unde inter XIV. Doctores O. M. circa ejus sepulcrum *Coloniae* nomen aeri incisum habet. Scripsisse eum in IV. *Sententiarum Libros* ex *Pitseo* etiam *Tannerus* in *Bibl. Brit. Hib.* testatur, quanquam rarissima debeant esse Operis nostri *Exempla*. Ad calcem adscribitur est difficili manu aliquarum *Quaestionum Supplementum*.

V. fol. 288. sequitur *Lectura* in IV. *Sententiar.* hoc ingressu: *Circa principium quarti queritur primo utrum in sacramentis noue legis sit aliqua virtus etiam influxiva ad causandum &c.* et fine: *penarum inequalitas predictis correspondens.* Adjecit Scriptor: *Expleto quarto salutem fratri.* Item: *Istius opusculi non fuit mencio facta. sed plus vere vellem seruire deo.* Quasi querentis, non respondere favorem quaesitum meritis, et scribendi pertaesi.

CCCCLXXXVI.

U. 429 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 120. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus et olim a *Petro de Mautarn* Plebano in *Meigen Austr.* infer. pago Academiae oblatus aliud est *Exemplar Johannis Duns* seu *Scoti* in *L. I. et II. Sententiarum*, quorum hic fol. 75. p. 2. incipit. Uterque adjunctum habet *Quaestionum Elenchum*, sed utriusque phrasis non raro ab *Editis* variat.

CCCCLXXXVII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 428 XIV. Folior. 98. f. maj. per duas columnas exaratus, coloribus distinctus, et unus illorum 17. quos teste *Nota praevia M. Andreas de Weytra T. D.* et *S. Stephani Canonicus ad Librariam Collegij ducalis inter viuos* donavit, aliud est *Exemplar Johannis Scoti in L. I. Sententiarum* integrum, sed absque *Quaestionum Elencho*.

II. fol. 93. p. 2. *Tractatus* adjectus est *de vero Esse*, qui ita ingreditur: *Primum rerum principium me ea credere sapere ac proferre concedat que ipsius placeant magestati et ad eius contemplationem eleuent mentes uestras &c.* Extrema pagina, quae fortasse nomen *Autoris* referebat, penitus extrita est. *Thecam anticam* vestit *Membrana* quaedam *Rabbinica* per duas columnas eleganter scripta, cujus *Rubrica* integra incipit: *ההוא אפוטרופא דהוה בין בשיבכותיה דר' יהושוע בין לוי &c.*

CCCCLXXXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 432 XIV. Folior. 139. f. per duas columnas multis compendiis, quam labem *Scholasticarum* aetas intulit, exaratus et coloribus distinctus ita ad calcem subscribitur: *Explicit reportatio super primum sententiarum sub magistro iohanne scoto. et examinata cum eodem uenerando doctore.* Initium est: *Circa prologum libri sententiarum pri-*